## ¶ Dn̄ica.iiij. poſt octa. epipha. de euangelio. Sermo.xviij.

TRiticum con
gregate in horreū meū Math.
xiij. In hoc euāgelio. Notat̄ to
tus hūane creature decurſus: ex q̄ creator
ipſe p ſuā oīpotentiā creauit q̇uſq̄ꝫ eam p
ſuā iuſtitiā premiabit: ⁊ ſic a die creatiōis
vſq̄ꝫ ad diem iudicij: ⁊ ſunt q̄ttuor ſtatus.
Prim⁹ ſtatus legis natural̄ ab Adam vſ/
q̄ꝫ ad Moyſem qui fuit legiſlator. Sc̄ds
ſtat⁹ legis ſcripte a Moyſe vſq̄ꝫ ad Chri/
ſtū; qui fuit lator legꝫ gr̄e: q: lex p Moy/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſen data eſt: grã ꝛ veritas ꝑ Jeſum chriſtũ facta eſt. Joã. j. Tertius ſtat⁹ legis grẽ a chr̃o vſqꝫ ad finẽ mũdi. Quart⁹ ſtat⁹ glĩe q̇ ſuccedet grẽ. Sicut gratia ſucceſſit legi ſcripte: qꝛ ſic dicit Dionyſi⁹ in. iiij. ca. Eccleſi. hierarchie. Sic ſe habet hierarchia leg̃ ad noſtrã hierarchiã. Jta ſe hꝫ noſtra ad celeſtẽ. Vide Tho. in. iij. ſen. diſ. j. q. j. ar. iiij. in. iij. rõne. Ex q̊ euãgelio habem⁹ cãm amandi: vigilãdi: ſperandi: ꝛ timẽdi. Amãdi qdẽ deũ ꝓpter infinitã bonitatẽ. Vigilãdi ſuꝑ nobis: ꝓpter hoſtis peſſimã iniquitatẽ. Sperandi ꝓpter diuinã lõganimitatẽ. Jtẽ timendi ꝓpter ipſius iuſtiſſimã ſeueritatẽ. Dicit g̊ ſimile factũ eſt regnum celoꝝ ꝛc̃. Hic hiſtoriã euangelicã. Que recitata. Nota q̃ttuor principalit̃ in hoc euangelio notanda.

Prĩo notat̃ diuia bonitas/in creando.

Scđo notat̃ diabolica nequitia: in decipiendo.

Tertio notat̃ diuina patientia in expectando.

Quarto dĩna iuſtitia in remunerãdo

¶ Primo g̊ notat̃ diuina bonitas ꝛc̃. Et hoc eſt qđ dicit̃ in euãgelio. Simile factũ eſt regnũ celoꝝ homini q̇ ſeminauit bonũ ſemen in agro ſuo hõ iſte eſt deus: q̇ dicit̃ homo vel ab hũanitate. i. benignitate vel qꝛ humanat⁹ eſt in vtero ꝟginali: q̇ ſeminauit bonũ ſemen in agro ſuo. Ubi nota ꝙ q̃druplex eſt ager dei: in quoꝝ q̊libꝫ diuina bonitas ſeminauit ꝑ creationẽ bonũ ſemẽ. Primus ager eſt ſuprem⁹. i. natura angelica Geñ. j. Jn principio crea. de⁹ ce. ꝛ terrã. Glo. Augu. i. Naturã angelicã q̄ eſt bonũ ſemẽ tuũ rõne creationis: qꝛ de⁹ bon⁹ nil facere põt niſi bonũ: qꝛ arboꝛ bona ꝛc̃. Mat. vij. Tũ etiã rõne rei create: qꝛ angelica natura nõ ſolũ eſt bona bonitate naturali: ſed etiã ſuꝑ naturali: qꝛ angeli fuerũt creati in grã gratũ faciente: vt ponit Tho. ꝑte. j. q. lxij. ar. iij. Tũ etiã rõne finis ad quẽ creati ſunt. ſ. ad glĩaꝫ vite eťne: ad quã grãm ordinant̃: ſicut ad finẽ. Scđs ager eſt mõs: ſic ꝑadiſus terreſtrꝫ: ꝛ in h̊ agro ſeminauit bonũ ſemẽ: qꝛ poſuit ibi Adã ꝛ ibi eſt ꝑducta natura hũana q̄ eſt bonũ ſemẽ: qꝛ eſt facta ad imaginem dei Geñ. j. Faciam⁹ hoiem ꝛc̃. Jmago dĩ ꝯſiſtit in aĩa q̃tuꝫ ad ꝓprietates naturales: ſcꝫ q̃tum ad memoriã intelligentiam ꝛ voluntatẽ. Silĩtudo aũt in gratuitꝫ: et iõ ſilĩtudo eſt quedã ꝑfectio imaginis: qꝛ grã ꝑficit naturã ſm Nicolaũ de lyra vbi ſuꝑ. Fuit eñ prim⁹ hõ creat⁹ in grã ſicut ꝛ angelus: vt ponit Tho. ꝑte. j. q. xcv. ar. j. Et hoc fuit bonũ ſemen: qꝛ oĩs creatura dei bona eſt: ꝛ qꝛ ad imaginẽ ꝛ ſilĩtudinẽ dei factus eſt hõ ꝛc̃. Terti⁹ ager eſt infimus. ſ. mund⁹ iſte. i. eccl'ia militans. in q̊ agro ſeminauit deus bonũ ſemẽ: ꝛ iſtđ ſemen eſt doctrina euãgelica: q̄ ꝯſiſtit in q̃ttuor. Primo in credendis. Scđo in agendis. Tertio in vitãdis. Quarto in ſperandis. Uel dic in q̊ agro de⁹ ſeminauit bonũ ſemẽ. i. pacẽ ꝛ fraternã charitatẽ Joã. xiiij. Pacẽ relinq̊ vobis pa. me. do vobis ꝛc̃. Jtẽ Mat. xxij. Diliges ꝓximũ tuũ ſicut teipm̃: ꝛ hoc eſt bonũ ſemẽ: qꝛ facit homines bonos. Quartus ager eſt intimus ſiue interioꝛ. i. aĩa hoĩs: in q̄ de⁹ ſeminauit ꝟtutes ꝛ dona in baptiſmo: ꝛ bona ꝓpoſita: que ſunt bonũ ſemẽ. Omĩa g̊ ꝑdicta ſemina ſunt bona ſeminata a deo in agris ſuis. Unde Geñ. j. De vna quaqꝫ re creata dicit̃. Uidit deus ꝙ eſſet bonum ꝛ poſtea de omĩbꝫ ſimilit̃ dicit̃. Uidit deus cuncta q̄ fecerat ꝛ erant valde bona. et ſic patꝫ primũ. ¶ Scđo notat̃ diabolica nequitia ꝛc̃. Jbi. Cuꝫ aũt dormirẽt hoĩes venit inimic⁹ eius ꝛ ſuꝑſeminauit zizaniã. Jn q̊libet eñ ꝑdictoꝝ q̃ttuoꝛ agroꝝ diabolus ſuꝑſeminauit zizania. i. malũ ſemẽ. Nã in agro ſupremo. i. in celo diabol⁹ ſuꝑſeminauit ſuꝑbiaꝫ: ꝑ quã coꝛrupit ſeipm̃: dicẽs illđ Eſa. xiiij. Jn celũ cõſcendã: ſuꝑ aſtra celi exaltabo ſoliũ meũ: in mõte dei in latere aq̇. aſtẽ. in al. nu. ſilĩs ero altiſſimo. Coꝛrupit etiã mltos alios angelos apoſtatas q̇ dicunt̃ doꝛmire: qꝛ nõ fuerunt vigilãtes ad cognoſcendã ꝛ reſpuendã ſuperbiã luciferi. Apo. xij. Cauda draconis trahebat tertiã partem ſtellaꝝ celi. Nota ſtellaꝝ: id eſt angeloꝝ. Nota tertiã partẽ. vna pars fuit illoꝝ angeloꝝ qui deo aſſiſtunt: alia illorum qui deo miniſtrant. Tertia illoꝝ qui deo noluerunt aſſiſtere nec miſtrare. hi ſunt demones. Jn ſecũdo agro. ſ. in paradiſo terreſtri in quo fuerat bonũ ſemẽ ſeminatũ a deo. diabol⁹ etiam ſuꝑſeminauit zizania. i. inobedientiam et

hoꝛ/cū doꝛmirēt ipſi Adā ⁊ Eua p̄ceptū
dn̄i negligendo. Propterea dicitꝛ Sap.ij.
Inuidia diaboli moꝛs introiuit in oꝛbeꝫ
terraꝝ. In tertio agro.i.in mūdo.i.in ec⸗
cleſia militante diabolꝰ ſup̱ſeminauit zi⸗
zania.i.hereſes ſciſmata ⁊ pſecutiones ma
gnas quas eccl'ia patitꝛ ⁊ multo maioꝛes
paſſura eſt tp̱e Antechꝛiſti. Nihilominꝰ
ſemp̱ eccl'ia remanebit nec vnq̄ꝫ deficiet:
qꝛ nauicl'a petri fluctibꝫ magnis ꝯquaſſa⸗
ri poterit perire nō poterit ꝓbatꝛ h̄ Apoc̄.
xij. Ubi dicitꝛ ꝙ poſtq̄ꝫ vidit ꝙ draco ꝓie⸗
ctus eſſet in terrā pſecutus eſt mulierē.i.
eccleſiā/q̄ tandē ſaluata eſt ⁊c̄. Hic vt ex⸗
pedit. In quarto agro.i.in aīa ſup̱ſemi⸗
nauit zizania.i. carnalia deſideria et alia
vitia. Unde nota ꝙ diabolus adinuenit
mala ſemina ꝯtra oēm virtutē. Naꝫ cōtra
ſemen humilitatꝫ ſup̱ſeminauit zizania ſu
perbie. Contra ſemen miſcdie ſup̱ſemina
uit zizania auaritie. Cōtra ſemen caſtita⸗
tis luxuriā. Contra ſemen charitatꝫ inui⸗
diā. Contra ſemen abſtinētie gulam. Cō
tra ſemen pacis iracundiā lites ⁊ diſcoꝛ⸗
dias. Prouer.vj. Omni tp̱e iurgia ſemi⸗
nat/⁊ ſic de ceteris. Seminat autē cū ſug
gerit pꝛaua deſideria ⁊ imittit malas co⸗
gitatiōes. Hoc ſemen p̱ delectationē mit
tit radices: p̱ ꝯſenſum vero incipit germi
nare/ ⁊ p̱ op̱ationē iam fructificat fructū
culpe moꝛtalis ⁊ pene et̄nalis. Sic igitur
pꝛudēs aīa vigilet ne talia ſemina diabo
lus ſpargat in ip̄a: ꝙ ſi aliquādo ſparſa fu
erūt/ſtatim extra agrū ſue mentꝫ illa ꝓijci
at. Uñ Iac.iiij. Reſiſtite diabolo ⁊ fugi⸗
et a vobis. Itē Ouidiꝰ de remedio amo⸗
ris. lib.j. Principijs obſta/ſero medicina
paratꝛ. Cum mala p̱ lōgas cōualuere mo⸗
ras. Ecce ḡ quō diabolꝰ ſup̱ſeminauit zi⸗
zania. Propterea dicitꝛ de eo. Prouer.vj.
Hō apoſtata: vir inutilis graditꝛ oꝛe p̱uer
ſo: terit pede: annuit oculis/⁊ in oīni tp̱e
iurgia ſeminat. Nota Hō diabolus dicitꝛ
hō: qꝛ hoīem vicit. Sicut ab aphꝛica deui
cta dꝛ Scipio aphꝛicanꝰ ⁊c̄. Apoſtata: qꝛ
a deo apoſtatauit ⁊ eſt inutilis/imo valde
nociuꝰ ⁊ graditꝛ oꝛe p̱uerſo: qꝛ mendax eſt
⁊ patꝛ eiꝰ ⁊ ſic pꝫ ſecundū. ¶ Tertio no⸗
tatꝛ diuia patientia in expectādo. Unō dꝛ
in euāgelio. Cū aūt creuiſſet herba ⁊ fru⸗
ctū feciſſet tunc apparuerūt zizania. Nota
ꝙ cū ſemen chr̄i.i.virtꝰ creſcit ⁊ fructū fa⸗
cit/tūc dicuntꝛ zizania apparere. Nō eīm ap
paret differētia zizanie ⁊ tritici. zizania ē
herba ſ̄m Hiero. que habꝫ q̄ſi ſimilitudi⸗
nē tritici: qꝛ quantū ad exterioꝛē apparen⸗
tiā nō eſt differētia intꝛ ſemen chr̄i/⁊ ſemē
diaboli: ſed in fructu depꝛehenditꝛ diuerſi
tas: qꝛ vt dicitꝛ Matt.vij. A fructibꝫ eoꝝ
cognoſcetꝫ eos. Patiētia aūt diuia notatꝛ
dupliciꝛ. Unomō in p̄ma reſponſiōe pa⸗
triſfamilias/dū interrogatꝰ a ſeruis. Dn̄e
nōne bonū ſemē ſeminaſti in agro tuo. vn̄
ḡ habꝫ zizania? Rn̄dit. Inimicꝰ hō h̄ fecit
nō exarſit ad iram/nō turbatꝰ eſt: ſed cum
patiētia rn̄dit dicēs. Inimicꝰ hō ⁊c̄. Dia
bolus dicitꝛ hō qꝛ vicit hoīem: vt dictū eſt
ſup̄ ꝓxima p̱te in fine. et dicitꝛ inimicꝰ: q̇a
ſemp̱ aduerſatꝛ volūtati diuine. Mat.xij.
Qui nō eſt mecū ꝯ me eſt. ⁊ q̇ nō colligit
mecū diſp̱git. Eſt aūt notandū: ꝙ iſte patꝛ
familias.i.deꝰ patꝛ/ habꝫ duplex genꝰ ſer
uoꝝ. Sicut dꝛ Rabanꝰ q̊s ad agri ſui mi
niſteriū deputauit. Quoſdā eīm hꝫ ſeruos
quibꝫ tp̱e meſſiū.i. in die iudicij cōmittet
officiū metēdi: ⁊ iſti ſūt angeli. Mat.xiij
Sic erit in ꝯſūmatione ſecl'i. Exibunt an
geli ⁊c̄. Uide.j.iiij.p̱te. Quoſdā alios hꝫ
ſuos q̇bꝫ cōmiſit tp̱e iſto medio officiū cu
ſtodiēdi: et iſti ſunt p̄lati. Iſti ḡ ſerui q̇bꝫ
agri cuſtodia eſt cōmiſſa p̱cipientes ziza⸗
nia cū tritico.i.hereticos cū catholicis et
malos cū bonis in agro dn̄i.i.in eccl'ia pa
ritꝛ creſcere cū doloꝛe ⁊ admiratione refe⸗
rūt dn̄o dicētes. Dn̄e nōne bonū ſemē ſe⸗
minaſti ⁊c̄. Nōne hoīem creaſti in mūdo
bonū ⁊ purū. Et nō interrogāt dubitati⸗
ue ſed admiratiue. Uñ ḡ habꝫ zizania: vn̄
tot hereſes: vnde tanta ambitio: vn̄ tanta
diſcoꝛdia? vnde tot ſciſmata: ⁊ pſecutiōes
contra eccleſiam: vn̄ tot guerre inter p̱rin
cipes? vnō tot diuiſiones in ciuitatibus?
vnde tanta ſuperbia ⁊ inuidia inter oēs?
Et ait illis. Inimicus homo ſuperſemi⸗
nauit zizania: quia ſup̱bia et inuidia dia⸗
boli fuit ⁊ eſt initium omnis mali. Unde
Ioan.papa: et habetur in decretis.xvj.q
ij.ca. Uiſis. Habet enim.ſ. diabolus mil
le tentandi ac nocendi modos nec igno⸗
ramus aſtutiam: eius conatur nanq̄ꝫ a p̄n
cipio ruine ſue vnitatem eccleſie reſcinde⸗
re: charitatem vulnerare: ſanctoꝛum ope⸗

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rū dulcedinē inuidie felle inficere: ⁊ om-
nibus modis humanū genus euertere et
ꝑturbare Dolet eñ ſatis ⁊ erubeſcit chari
tatez quaz in celo, nequit habere homi
cōſtantes ex lutea materia in terra tenere
Scd̄o appꝫ magna patiētia dei in ſcd̄a
rñſione. Dum eñ dicerent ſerui eius. vis
imꝰ ⁊ colligemꝰ ea? Ait nō. Ne forte colli
gentes zizania eradicetis cuz eis ſimul et
triticuz. Circa quā rñſionez duo q̄runtur
¶ Primo quare deus tolerat malos in.
h mūdo. ¶ Secūdo quare cōtra inhibi-
tionez iſtam faciunt principes ⁊ poteſta-
tes: qui hereticos conburūt ⁊ fures/latro
nes et homicidas decapitāt vel ſuſpēdūt?
¶ Ad primum ergo dicenduz: ꝙ duplici
de cauſa deus tolerat malos ī hoc mūdo.
Prima eſt ꝓpter malorum correptionem.
Scd̄a vo ꝓpter bonorum excitationez ſi-
ue exercitationē ſeu ꝑfectiōez. ¶ Pria cā
eſt: vt mali corrigantur. Cōtingit eñ ple
rūq; ꝙ qui ſūt mali vno tempore: cōuer-
tātur ad pniam ⁊ efficiātur boni: ⁊ ſic de
zizania efficitur triticum. Talis fuit Da
uid: Magdalēa: Paulꝰ: Mattheꝰ: Pe-
trꝰ ⁊ hmōi Eſa. xxx. Propterea expectat voſ
dñs vt miſereatur vr̄i. Item Ro. xij. Ig-
noras qm̄ benignitas dei ad penitentiā te
expectat. Hāc bēignitatē nō exhibuit an-
gelis peccantibꝫ: qr nō expectauit eos ad
pniaz per vnū momētū tp̄is. ſz hoīes ſic.
Et h eſt qd̄ dr̄ i euāgelio. Nō/ne forte col
ligētes zizania eradicetꝫ ſimul ⁊ triticuz.
Nā q̄ hodie ſūt mali cras poterūt eē boni.
Ezech. xviij. Si ipius egerit penitētiā ab
oībꝫ pctis ſuis q̄ opatus eſt: vita viuet et
nō moriet. Nūq̄d volūtatis mee eſt mors
impij dr̄ dñs. ⁊ nō vt ꝯuertat a vijs ſuis ⁊
viuat? Scd̄a rō: eſt ad h vt ꝑ malos boni
exerceant. Sic eñ per flagelluz excutitur
palea a grano ⁊ remanet granū purū: ſic ꝑ
viros malos flagellati mundant a paleis
deſideriorꝝ terrenorꝝ ⁊ impfectionū ſuarꝝ:
vl' ſepe ꝑ malos exuunt boni a palea car-
nis ꝑ mortē eis illatam: vt ſic mūdi cōgre
gēt in horreo vite etne. Sic fuerūt marty
res tpe Dioclitiani ⁊ Maximiāi: ⁊ aliorꝝ
tyrannorꝝ Agatha a q̄ntiano: Lucia a pa-
ſcaſio: Catherīa a Maxētio ⁊c. Sic hero-
des ſi potuiſſet tm̄ ꝓdeſſe Innocētibꝫ: q̄ꝫ-
tū intendēs obeſſe: ꝓfuit occidēdo. Sic et
optuit chr̄m pati ⁊ ita ītrare in gl'iaz ſuā:
ſicut dr̄ Luc. vlti. Sic etiā hereſes mltas
ꝑmiſit deꝰ vt doctorꝝ catholicorꝝ acuerent
ingenia: ⁊ eorꝝ ſciētia effulgeret. vñ Aug.
in decretis. xxiiij. q. iij. c. vltimo. Idō diui-
na ꝓuidētia mltos diuerſi erroris hereti-
cos eē permittit vt cū interrogāt nos: ea
q̄ neſcimꝰ: ſic diſcutiamus pigritiā ⁊ diui-
nas ſcp̄turas capiamꝰ. Propterea Apl's
ait. Ut ꝓbati manifeſti fiant: hi eñ deo
ꝓbati ſūt q̄ bene pñt: docēt. Hec ille. Ad
idem Aug. xvj. de ciui. dei. c. ij. Oportet
hereſes eē vt ꝓbati manifeſti fiant in nob.
Vñ ſcriptū eſt. Filius eruditꝰ ſapiēs erit:
imprudēte aūt miniſtro vtere. multa q̄p-
pe ad fidē catholicā ꝑtinētia dū hereticorꝝ
callida inquietudie exagitant: vt ad ver-
ſus eos defendi poſſūt: ⁊ cōſiderantur di-
ligentius: ⁊ intelligunt clarius: ⁊ inſtātiꝰ
predicātur ⁊ ab aduerſario mota queſtio
diſcēdi exiſtit occaſio ⁊c. Itē Aug. xviij. c.
v. Loquens de hereticis ſic ait. Sic q̄ppe
feris illis catholicꝫ mēbris chr̄i malo ſuo
proſunt: dū deus vtit ⁊ malis bene: ⁊ dili
gentibꝫ deū oīa coopantur i bonū: inimici
eñ oēs eccl'ie quolibet errore tenētur: vt
malitia deprauentur. Si accipiūt pote-
ſtatē corporalē affligendi exercent eiꝰ ſa-
pientiā: vt etiā inimici diligant: exercent
eiꝰ beniuolentiā: vt etiā beneficētiā: ſine
ſuadibili doctria cū eis agatur: ſine terri-
bili diſciplia Hec ille. Similit etiā ſi tol
lerentur de eccl'ia tentationes diabolice:
eradicarētur v̄tutes. Unde Apl's paſſus
ē carnis ſtimulū ne eradicarent eius v̄tu-
tes. ij. Cor. xij. Uirtꝰ i infirmitate ꝑficit.
Unde ps. lxvij. Increpa feras arūdinis:
cōgregatio taurorꝝ in vaccis populorꝝ vt
excludāt eos q̄ probati ſūt argento. Sed
poſtea q̄d facit deꝰ ⁊c. Nota ſimilitudinē
de patre familias quādo accipit v̄gaz ad
verberādū filios familias: poſtq̄ aūt ver-
berauit proijcit virgā illaz ad ignem ⁊c.
Sic diuia ſapiētia poſtq̄ vſa ē malis ho
minibꝫ tanq̄ virga ad flagellandū bonos
proijcit illos malos ad ignē eternū ⁊c. qr
iam expletū eſt officiū eorꝝ. Ad ſecundam
queſtionē eſt dicēdum ꝙ principes ⁊ iudi
ces faciētes occidi malefactores nō faciūt
cōtra inhibitionē iſtam dūmodo ſeruent
v̄uāda q̄ꝫtū ad modum ⁊ intentionē ⁊ or-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dinem. Vñ Nota regulam generalē affir
matiuā ꝙ iudices et ptātes poſſunt licite
exercere vindictā/aduerſus hoies malos
q̄n imo ad hoc tenenť. Non em̄ iudex ſine
cauſa gladiū portat: ſed dei miniſter ē vin
dex in irā: ei q̇ male agit. Ro. xij. Hec aūt
regula patiť ſex exceptiōes. Prima eſt q̄ñ
delinquētes nō ſunt noſtri iuris: vt ponit
Gratia. in decretis. xxiij. q. iiij. His ita re
ſpondeť. Vñ Apl's. j. Cor. Quid em̄ mi
hi attinet de his q̇ foris ſunt iudicare. De
his em̄ dñs iudicabit. Ad idē facit qȯ no
tať in. c. At ſi clerici de iudic. Et in. c. Si
iudex laicus de ſen. excō. lib. vj. Non em̄
debet ponere q̇s falcem in meſſem alienā
ȯ ſepul. c. j. Hic potes q̄rere quid ſi iudex
ſit excōicatus. Item ex hoc nota ꝙ iudex
laicus nō pōt iudicare de clerico. Vide i
ſumma. Iudex. j. §. vl. Et vide. xxiij. q. v.
Principes ¶ Scḋa exceptio eſt q̄ñ nō eſt
certū de aliquo qȯ ſit zizania: q̄uis q̇buſ/
dam ſignis appareat: vt ḋt glo. Occulto
rū em̄ ſolus deus eſt cognitor ⁊ vindex vt
ḋt tex. in. c. Erubeſcant. xxxij. di. ⁊ in. c. ſi.
de ſimo. ⁊ in. c. ſicut tuis et. c. tria nos. eo.
ti. Quādo ğ occultū eſt delictū: vl' dubiū
eſt quis nā deliquerit: nō debꝫ fieri eradi
catio: ne ſil' cum zizania eradiceť ⁊ triticū
⁊ ſic pōt intelligi inhibitio iſta de qua in
euangelio: ⁊ ꝯcordant legiſte dicentes: ꝙ
facilꝰ eſt impunitū relinqui facinꝰ nocē/
tis/q̄ꝫ innocētē cōdemnare. ff. de penis. l.
abeuntē. Pone exemplū. Si aliq̇s fuerit
occiſus in ſeditione ꝓpl'i: delictū quidē cer
tū eſt ⁊ manifeſtū: ſed neſciť pſona q̄ cōmi
ſit delictū: tūc debet potiꝰ relinqui facinꝰ
impunitū q̄ꝫ innocentē punire. Pōt tñ p̄/
latus inq̇rere. Vide tñ ad hoc qȯ legiť et
notať. xxiij. q. viij. ca. vlti. ⁊. ff. ad. l. acq̇l. l.
ita vulneratꝰ. in fi. Propť h̄ rep̄henſibi/
lis fuit valde Theodoſiꝰ: q̇ cū apȯ The/
ſalonicā ſeditio eſſet exorta: ⁊ quidā vir ex
militaribꝫ impetu fuiſſet ꝓpl'i furentis ex/
tinctus: repentini nuncij atrocitate ſuc/
cenſus ad ludos circenſes inuitari populū
fecit: eiq̇ꝫ ex inprouiſo circūfundi milites
atq̇ꝫ obtruncari paſſim: put q̇ſq̇ꝫ occurriſ/
ſet gladio iuſſit: ⁊ vindictā dare nō crimi/
ni ſed furori: vt diciť in hiſtoria eccl'iaſtica
Et habeť in decretꝫ in. c. cū apud Theſa/
lonicā. xj. q. iij. Ipſe tñ Theodoſiꝰ ad pe/

nitentiā cōuerſus: non erubuit penitentiā
publicā agere ⁊c̄. Nota quō nō fuit rece/
ceptꝰ in eccl'ia ab Ambroſio donec publi/
ce̊m penitentiā ageret ⁊c̄. Et ip̄e poſt mo
dū leges ſanxit: vt ſententie principū ſup
aiaduerſione plate: in dies. xxx. ab executo
ribꝫ differenť quo locus miſcḋie vel ſi res
tuliſſet penitētie nō periret: vt diciť in pre
allegato. c. Cum apȯ theſalonicā. xj. q. iij
¶ Tertia exceptio ē quādo eradicatio zi/
zanie eſſet piculoſa: vt qꝛ nō poſſet eradi/
cari zizania ſine piculo tritici. Ideo dicit.
Ne forte colligentes zizania: eradicetꝫ ſil'
⁊ triticū. Verbi grā. Si malus hō ſit ita
potens ꝙ ſi velis ip̄m punire ſeq̄reť opp̄ſ/
ſio innocentū vel ſciſma tūc diſſimulari dꝫ
punitio. Vñ Aug. ꝯtra epl'am Parmeni
ani ⁊ habeť in decretꝫ. xxiij. q. iiij. Cū q̇ſq̇ꝫ
fratrū ⁊ chriſtianoꝝ intus in eccl'ie ſocie/
tate ꝯſtitutoꝝ in aliquo tali pctō fuit de/
p̄henſus: vt anathemate dignus habeať:
fiat hoc vbi piculū ſciſmatis nullū eſt. Et
infra. Quādo vero cuiuſq̇ꝫ crimē eſt no/
tū ⁊ oibus execrabile apparet vt vel nul/
los prorſus vl' nō tales habeat defenſores
p quos poſſit ſciſma ꝯtingere: tūc nō dor/
miat ſeueritas diſciplie. Hec ille. Ad idē
facit qȯ dicit idē Aug. ⁊ habeť in decretꝫ.
xxiij. q. vij. c. j. ⁊. xxiiij. q. j. Quiſquis. Nō
nullos inq̇t toleramꝰ q̇s corrigere vel pu/
nire nō poſſumꝰ: neq̇ꝫ ꝓpter paleam relin/
q̇mus arcam dñi: neq̇ꝫ ꝓpter piſces malos
rumpimꝰ retia dñi: neq̇ꝫ ꝓpter eos in fine
ſegregandos deſerimꝰ gregē dñi. Et h̄ eti/
am caſu pōt intelligi inhibitio in h̄ euāge/
lio facta dum dicit. Non/ne forte colli. zi
zania ⁊c̄. ¶ Quarta exceptio eſt q̄ñ era/
dicatio zizanie eſſet valde damnoſa: puta
ml'titudo eſt in delicto. Vñ dicit Aug. ad
Aureliū ep̄m: ⁊ habeť in decretꝫ. xliij. di.
Comeſſationes. Seueritas exercenda eſt
in pctā paucoꝝ. Et idē Aug. ad Bonifa/
ciū. ⁊ habeť. j. di. Vt ꝯſtitueret. xxiij. q. iij
Ipſa pietas. In hmōi cauſis vbi p q̄ues
diſſentionū ſciſſuras nō huiꝰ aut illiꝰ ho/
minis piculū: ſed plurimoꝝ ſtrages iacet:
detrahendū eſt aliquid ſeueritati: vt maio
ribꝫ ſanādis malis charitas ſincera ſubue
niat. Hec ille. Ad idē facit tex. j. q. vlť. ca.
Quotiēs. vbi ḋt textꝰ. Innocētij. Quo/
tiens a ꝓpl'is aut a turba peccať. qꝛ in oēs

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ꝓpter multitudinē vindicare nō pōt: mul
tū ſolet trāſire ꝛc̄. Uide qd̄ ſcripſi: ſup pr̄
noſter. ¶ Quinta exceptio eſt. qn̄ eradi-
catio zizanie eſſet libidinoſa: vt qn̄ ex libi-
dine vindicte: vl̄ mot⁹ impatientie vellet
tūc malos auferre. q꞉ tūc patiētia eſt ſuan
da. Jaco. v. Patientes eſtote frēs mei vſ-
qꝫ ad aduētū dn̄i. Propterea legim⁹. Lu.
ix. Qd̄ cū trāſiret Jeſus ꝑ q̄ndā ciuitatē
Samaritanoꝝ ꝛ nō fuiſſet ibi receptus:
nec inueniſſet ibi ad mādūcandū. videtes
h̄ Jacobꝫ ꝛ Joā. dixerūt. Uis dicam⁹ vt
deſcēdat ignis d̄ celo ꝛc̄. Hic hiſtoriā. Et
d̄r magr̄ in hiſtoriis: ꝙ illud qd̄ laudaꝛ in
Helia. iiij. Reg. j. de duobus q̄nquagena
riis: ihis diſciplis rephendiꝛ: ꝙ illi ex cha
ritate: iſti ꝟo ex ira h̄ appetebāt ꝛ hoc etiā
ꝓbaꝛ ꝑ textū Amb. in. c. Qd̄ chr̄s. xxiij. q.
iiij. vbi ſic dicit Amb. Qd̄ chr̄s diſciplos
ſuos icrepauit: q꞉ ignē deſcēdere ſup eos
geſtiebant q̄ ipm̄ nō receperāt: oñdiꝛ nob̄
nō ſp̄ in eos q̄ peccant vindicandū: q꞉ non
nūqꝫ ampli⁹ ꝓdeſt clemētia tibi ad patiē-
tiā qꝫ lapſo ad correctionē: ſupple ꝓſit vin
dicta glo. Deniqꝫ ſamaritani citi⁹ credide
rūt: a q̄bꝫ hoc loco ignis arceꝛ: nec diſcipli
peccāt: q̄ legē ſequūꝛ. Sciebāt em̄ ꝛ Phi
nee eſſe reputatū ad iuſtitiā: ꝙ ſacrilegos
interemerat: ꝛ ad p̄ces helye ignē deſcēdiſ
ſe de celo. Hec ille. Sed intelligeꝛ h̄ qd̄ di
ciꝛ. nec diſcipli peccabāt reſpectu rei quā
volebāt ſed bene peccabāt in mō volendi:
q꞉ nō amore correctōnis: ſed odio deſide-
rabāt vindictā. vt d̄r Aug. in li. de ſmone
dn̄i in mōte: ꝛ habeꝛ in decreꝛ. xxiij. q. iiij.
Ea vidicta. Et h̄ ſentit glo. hui⁹. c. ꝛ Gra
tian⁹ etiā in dicto. c. Qd̄ chr̄s. §. poteſt ꝛc̄
¶ Sexta exceptio eſt qn̄ eradicatio ziza-
nie eſſet p̄cipitata: puta qn̄ iudex ad ꝯdē-
nationē delinq̄ntis nō ſeruat ſuandis. ſ.
ſine ꝓceſſu ꝛ ordine iudiciario p̄cipitaret
ſniam. Debet ḡ iudex diſcrete deliberare:
ꝛ ordinē iudiciariū obſeruare. ſ. citationez
faciēdo ꝛc̄. Jō dn̄s anteqꝫ ꝯdēnaret ſodo-
mitas ait. Deſcendā ꝛ videbo vtꝝ clamo
rē ope ꝯpleuerint Geñ. xviij. Uide de h̄.
ij. q. j. Deus omp̄s. Ex. c. de manifeſta. de
coha. cleri. ꝛ muli. c. veſtra. Sic faciebat.
Job. di. Cām quā neſciebā diligētiſſime
inueſtigabā. Job. xxix. Sic iudex anteqꝫ
excōicet dꝫ monere. ꝛc̄. De ſen. ex. Sacro.

¶ Septima exceptio pōt addi: in caſu in
q̄ princeps pōt remittere iniurias ꝛ dāna
illata. ꝓpter bonum cōmune pacis fiende.
Octaua qn̄ conſuetudo vniuerſal̄ excuſat
vt in. ca. Sane. de tempo. ordi. Et notat
glo. ibi. Et etiā in. c. Deniqꝫ. iiij. di. Et ſic
pꝫ hec materia. Pōt etiā intelligi inhibi-
tio euangelij de eradicatōe zizanie vniuer
ſali ꝛ oimoda. que fienda eſt tp̄e meſſis. i.
in fine ſeculi. Jdō diciꝛ. Sinite vtraqꝫ cre
ſcere vſqꝫ ad meſſem ꝛc̄. ¶ Quarto ꝛ vlti
mo notaꝛ diuina iuſtitia in remunerādo
et hoc eſt qd̄ diciꝛ. Sinite vtraqꝫ creſcere
vſqꝫ ad meſſem: ꝛ in tempe meſſis dicam
meſſoribꝫ. Colligite primum zizania ꝛc̄.
Eſa. xxiiij. Congregabunꝛ cōgregatione
vni⁹ faſcis in lacū: ꝛ claudenꝛ ibi in carce
re ꝛc̄. Generalis iſta meſſis eſt remunera
tio extremi iudicij. Meſſores aūt erūt an
geli: quibꝫ dicet chriſtus. Mat. xiij. Col-
ligite primū zizania ꝛc̄.

## ¶ Dn̄ica in ſeptuageſima. De euangelio. Sermo. xix.

Uoca opera-
rios ꝛ redde illis mercedē ſuā
incipiens a nouiſſimis vſqꝫ ad
p̄mos Matt. xx. Jſta dn̄ica diciꝛ in. lxx.
Ratio q꞉ antiq̄ patres incipiebant hodie
ieiunare: ꝛ vocabāt iſtā dn̄icam de ſeptua
geſima: q꞉ pnīa fit ꝯtra ſeptē pctā morta-
talia: in q̄bꝫ oia alia pctā reducunꝛ: iminu
ti ꝟo in deuotione nō incipiūt pnīam vſqꝫ
ad q̄dbrageſimā. Sic officiū: ꝛ nomē hui⁹
dn̄ice adhuc remāet. De dn̄ica ḡ iſta erit
ſmo. Tenebo modū ꝯuiuantꝫ: q꞉ ſup mē-
ſaꝫ euāgelij dabo vob̄ de tribꝫ eſcꝫ: i q̄s di-
uidiꝛ totū euāgelium.

Prima diuina vocatio.
Scd̄a eſt digna retributio.
Tertia eſt humana correctio.

¶ De p̄ma d̄r thema. Uoca. ꝛc̄. Et ē ꝟ-
bū pr̄is ad filiū. ¶ Prima ḡ eſt diuia vo-
catio: qn̄ de⁹ vocat aliquē ꝑ grāꝫ ad vineā
. ſ. ad bonā vitaꝫ: ꝛ iſta vocatio fit diuerſi-
mode: vt d̄r p̄ncipiū euāgelij: q꞉ q̄ſdā vo-
cat hora p̄me ꝛc̄. Quiqꝫ hore ponūꝛ i euā
gelio ad denotanduꝫ. v. hominis etates.
Prima eſt hora prime: et nota primā eta-
tem: que dicitur pueritia vſqꝫ ad. xiiij. an-

nū: qa ſicut illa hora incipit claritas diei
fugans tenebras noctis: ſic in hac etate in-
cipit claritas diſcretiōis ꝛ timoris dei ꝛc̄.
Tales quādoqꝫ vocanꝭ a deo ꝑ gratiā: ſic
legiꝭ de Mauro ꝛ Placido ꝛ Muſa pu-
ella: de q̄ Greg. in dialogo lib. ij. ꝛ. iiij. c. x-
viij. Et ad hoc multū poſſunt iuuare pa-
rentes: q̄ debēt tales inſtruere in hac eta-
te: qꝛ ſunt ſicut arbores flexibiles: vł ſicut
cera mollis. Debent ḡ parētes inſtruere
tales ad adorandū: ꝛ audiendū ſmones:
ad ɔfitendum etiam a quinqꝫ annis: quia
Greg. recitat in. iiij. Dialogoꝝ. c. xix. Pu
er qnqꝫ annoꝝ fuit dānatus. ꝛ decretalis
extra de delic. pueroꝝ. c. j. dicit ꝙ talis e-
tas plena eſt delicijs ṗter fornicationem
Itē quādo ſunt decē vel duodecim anno
rū ꝙ cōmunicent ꝛc̄. Sed multi non cu-
rant de bono nutrimēto pueroꝝ: ſed ſoluꝫ
ꝙ ſint paſti ꝛc̄. Dic vt expedit. Ideo apl's
Patres nolite ad iracundiā ſupple dei ꝓ-
uocare filios veſtros: ſed educate illos in
diſciplina ꝛ correptiōe dñi. Ephe. vj No
ta in fine iſtiꝰ ṗme partis: ꝙ puer ante pu
bertatē. i. xiiij. āños in mare / ꝛ. xij. in femi
na: nō poteſt aſſumere habituꝫ ꝓbationis
in aliqua religione inuito patre: ſed habꝫ
annū ꝛ diē ad reuocandū. xx. q. ij. c. j. Et c.
Puella. Nota ꝙ etiā volēte patre in hac
etate nō pōt ꝓfiteri vt in. c. j. de reg. li. vj.
De talibꝫ diciꝭ. Juſtus cor ſuuꝫ tradidit
ad vigilandū diluculo: ad deū q̄ fecit illū
ꝛc̄. ¶ Scd̄a hora diciꝭ hora tertia: ꝛ ſigni
ficat ſecundā etatē hoīs que diciꝭ adole-
ſcentia. a. xiiij. anno vſqꝫ ad. xxv. In hac
etate ſunt maiora ꝑicula ꝑ inſurgētes mo
tus tentationū ꝛc̄. De talibꝫ Trenoꝝ. iij.
Bonū eſt viro cum portauerit iugum ab
adoleſcentia ſua: ſcꝫ obedientia deuotiōis
In hac etate poſſunt intrare religionē: et
non ante: vt in. c. j. de regularibus lib. vj.
¶ Tertia hora diciꝭ hora. vj. In qua ſol
eſt i medio ꝛc̄. Talis etas diciꝭ Juuentꝰ
ſeu virilitas a. xxv. anno vſqꝫ ad. l. Poſtq̄ꝫ
primas etates expendit hō in vanitate. ꝛ
poſtea cognoſcens hō ꝙ honores mūdi: di-
uitie: ꝛ voluptates: nō ſunt niſi ventꝰ ꝛc̄.
cōuerſus ad deum diciꝭ vocari hora ſexta
Et pōt dicere illud ps̄. lviij. Fortitudinē
meā ad te cuſtodiaꝫ ꝛc̄. ¶ Quarta hora
diciꝭ nona: in qua incipit ſol declinare. i.
ſenectus in q̄ fortitudo corꝑis et claritas
intellectꝰ incipit deficere: tunc aliqui cō-
uertunꝭ ad deum: ſed cū difficultate. Vn̄
dicit ꝟſus prouerbialis. Qui nō aſſueſcit
ꝟtuti dum iuueneſcit. A vitijs neſcit diſce
dere quādo ſeneſcit. Et ꝓuerbiū eſt Ado-
leſcens iuxta viam ſuā ꝛ cum ſenuerit nō
recedet ab ea. Illi tamē qui cōuertunꝭ ad
deū in ſenectute dicunꝭ vocari hora nona
¶ Quinta hora. xj. q̄ eſt inter veſperas ꝛ
completoriū diciꝭ decrepitas: ſed eſt diffi-
cultas magna ꝓpter ɔſuetudinē: q̄ eſt effe-
cta altā natura. l. j. vbi glo. ff. ad macedo.
ꝛ ꝑ philoſophū in li. de memoria ꝛ remi-
ni. Hiere. xiij. Si mutare poteſt ethiops
pellem ſuaꝫ: aut pardus varietates ſuas:
ſic ꝛ vos poteritis benefacere cū didiceri-
tis malū. ideo caueatis a mala ɔſuetudi-
ne. Omes vellēt vocari iſta hora: ſicut bo
nus latro ad vinee culturā. Querit ſctūs
Tho. in. ij. ij. q. xcvij. ar. iij. Vtrū ɔſuetu-
do ṗiudicet legi: Reſpondet ꝙ ſic ɔtra le-
gem humanalē ſed non diuinalē: qꝛ tunc
ɔſuetudo nō minuit pctm̄: ſed auget. Cō-
cordant Canoniſte. de ſimo. c. Non ſatis.
Et ꝙ nota. viij. di. fruſtra. ꝛ in. c. fi. de ɔſue
tudine. Et quod dico de vna ꝑſona ne aſ-
ſueſcat peccatis: idem dico de cōitate: ne
aſſueſcat diſſimulare pctā notoria: alias
ira dei eſt ɔtra eam: nō dico meretricibus
publicis: qꝛ ꝓpter maius malū euitanduꝫ
ꝑmittunꝭ ab eccleſia: ſed de alijs: ſicut de
facturis notorijs: de blaſphemijs: de ne
gligentijs feſtiualibꝫ: de lenonibꝫ: de me-
retricibꝫ particularibꝫ extra locū publicū
. ſ. lupanar. Sed nota ꝙ poteſt dici ꝙ hec
hora. xj. eſt vltimus terminus vite hoīs ꝓ
pinquus morti: in quo plerūqꝫ cōuertun
tur aliqui licet pauci. Dic exemplū quod
refert Greg. in homelia hodierna ꝛ etiam
refert in. iiij. dialog. ca. xl. de Theodoro: q̄
in morte videbat ſe deuorandū a dracone
ꝛc̄. Talis etiā fuit latro in cruce. Et nota
conducti in tertia hora vſqꝫ ad vndecimā
dicunꝭ fuiſſe ocioſi ꝛc̄. Ocioſi dicunꝭ qui
aut nihil operanꝭ: aut inutiliter operanꝭ.
Sicut ſunt q̄ ſtant in mundo: qui in ſero
mortis nihil reportant ꝛc̄. Sed nota ꝙ di
cit multi ſunt vocati pauci vero ꝛc̄. Ideo
chriſtus. Contendite inq̄t intrare ꝑ angu
ſtam portam: qꝛ multi dico vobis querēt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſntrare ⁊ non poterūt Luc.xiij. Anguſta
porta eſt:penitentia ⁊c̄. Ecce prima eſca.
¶ Scđa eſca eſt digna retributio.ſ.ꝑ glo
riā de q̄ dicit thema. Uoca operarios ⁊c̄.
Sunt ꝟba dei p̄ris ad filium:q̄ inquantū
deꝰ:eſt dn̄s cū patre:ſed inquantuꝫ hō eſt
ꝓcurator dei ⁊c̄. Nota ſingulos denarios
denariꝰ ſignificat gloriaꝫ. Nota q̄ ſunt in
denario. Primo ſcriptura:ſcđo eſt ibi ima
go principis:tertio eſt figura ſpherica:ſcꝫ
rotunda. Scriptura ſignificat vnā excel-
lentiā.ſ.ſcientiam:qua implet̄ q̄ntūcunqꝫ
fuerit hō rudis. Uidet em̄ om̄ia in verbo.
Da ſimilitudinē ſicut ſi eſſet vnū ſpeculuꝫ
in q̄ repreſentarent̄ oēs creature.vn̄ Gre-
go. Quid eſt qđ nō videant q̄ videntē oīa
vident? Et.j.Coꝝ.xiij. Uidemus nunc ꝑ
ſpeculum in enigmate:tunc autē facie ad
faciē nunc cognoſco ex parte: tunc cogno
ſcam ſicut cognitus ſum. Debet ḡ ſtude-
re hō in ſtudio bone vite. Nota ꝯtra illos
qui ſtudent in ſpeculatiuis:⁊ nolunt ſcire
patriā dum ſunt in vita. Talibus ꝯtinget
ſicut illis q̄ dum ambulant: tenent ocl'os
eleuatos ad ſydera ⁊ celuꝫ: ⁊ in itinere eſt
puteus in quē cadunt:q2 nō videbāt illū.
⁊c̄. Sic tales q̄ vacant ſpeculatiuis inci-
dunt in puteum peccati mortalis. quē nō
vident:q2 nihil ſciunt de caſibꝰ ꝯſcientie:
⁊ de his que ꝑtinent ad ꝯſcientiā dirigen
dā:dum vacāt curioſitatibꝰ ſpeculatiuis.
Scđo imago denarij ſignificat fruitionē
quā habent de deo cui aſſimilant̄ ꝑ gl'iaꝫ:
ꝑ quā habent om̄ia bona. Boetiꝰ. Beati
tudo eſt ſtatus oīm bonoꝝ aggregatione
ꝑfectꝰ. Nota oīm bonoꝝ. Sicut ſi ego ha
berē vnū lapidē precioſuꝫ ⁊ reſpiciēdo in
eum haberē quicq̄d vellem. Sic ibi anie
ꝯtemplantes in chr̄m habent vnū lapidē
precioſum. De q̄ in epl'a. Petra autē erat
chr̄s:quē intuendo habēt om̄e bonū.ſ. q̄n
eris in gloria. Exo.xxxiij. Uel dic ꝙ ima
go ſignificat dilectionē qua diligūt deuꝫ.
Imago em̄ eſt cauſa dilectionis ⁊ etiā ſi-
militudo. Nota tres imagines. Una que
habet̄ ꝑ naturā:de qua Gen̄.j. Faciamus
hoīem ad imagineꝫ noſtrā ⁊c̄. Scđa per
grām:hec perdit̄ ꝑ peccatū mortale. Ter-
tia ꝑ gl'iam:⁊ hanc habent beati:q̄ effici-
unt̄ ſil'es deo ꝑ participationē gl'ie:q̄ con
ſiſtit in viſione dei:iuxta illđ. Hec eſt aūt
vita eterna:vt cogno.te ſolū deum verum
et quē miſiſti Ieſum chr̄m. Joā.xvij. De
hac imagine loq̄t̄ Apl's.ij.Coꝝ.iij. Nos
vero oēs reuelata facie gloriā dn̄i ſpeculā
tes in eandē imaginē trāſformamur a cla
ritate i claritatē:tāqꝫ a dn̄i ſpū ⁊c̄. Propt̄
hāc ſil'itudinē bti vocāt̄ dij.pſ. Dij eſtꝭ ⁊c̄
ſcꝫ ꝑticipatiue. Un̄.j.Joā.iij. Scimꝰ q̄m
cū apparuerit ſil'es ei erimꝰ:q̄m videbimꝰ eū
ſicuti eſt. Itē Ro.viij. Quos p̄ſciuit ⁊ p̄-
deſtinauit ꝯformes fieri imaginis filij ſui.
vt ſit ipſe p̄mogenitꝰ in m'ltis fratribus.
Quarto dicit̄ denariꝰ: q2 dat̄ in premiuꝫ
obſeruātie decē p̄ceptoꝝ legꝭ. Quinto di-
cit̄ denariꝰ:q2 gl'ia dicit̄ dies ꝓpter clarita
tē ⁊ lumē:et eſt vna dies.pſ.lxxxiij. Me-
lior eſt vna dies in atrijs tuis ⁊c̄. vl' dicit̄
denariꝰ:q2 dat̄ in premiū gratie: q̄ eſt di-
es Joā.ix. Tertio figura circularꝭ denarij
ſignificat perpetuitatē glorie: q2 ſicut ta-
lis figura nō habet principiū neqꝫ finē:ſic
nec gloria vite eterne reſpectu obiecti. Et
eſt duplex q̄ſtio. Prima eſt: q2 ſi om̄es bea
ti habent q̄libet vnū denariuꝫ: vt dicit̄ in
euangelio.ergo oēs ſunt eq̄les in gloria?
Rn̄.ꝙ gl'ia obiectiua non eſt niſi vna:ſed
poſſeſſores ſunt m'lti:ſcđm diuerſitatē aūt
poſſeſſoꝝ diuerſificat̄ gloria. Exemplū de
ſole qui nō eſt niſi vnꝰ:ſed eiꝰ calor nō eq̄-
liter ſentit̄ ab oībꝰ:q2 plus cholericus q̄ꝫ
flegmaticꝰ. Itē claritas ſolis eq̄liter tan-
git oīa vaſa:ſed plus reſplendet vas auri
vl' argenti q̄ꝫ ligni. Idē de deo. Nā ſm̄ ꝙ
ſctūs plus habuit de charitate:vel de grā
hic:tanto plus hꝫ de gl'ia ibi. Ideo apl's.
j.Coꝝ.xv. Alia claritas ſolis:alia claritas
lune:⁊ alia claritas ſtellarū. Stella em̄ a
ſtella differt in claritate ⁊c̄. Ita de ſanctꝭ
in gloria. Joā.xiiij. In domo patris mei
māſiones multe ſunt:ꝑ quas vt Aug. di-
cit. Diuerſe meritoꝝ dignitates intelligū
tur in vita eterna. Diceꝫ aliq̄s:⁊ eſt ſecū
da q̄ſtio. Nunq̄d illi q̄ habēt paruā gl'iaꝫ
inuident illis q̄ habēt maiorē? Dico ꝙ nō
Sil'itudo de filijs magnis ⁊ paruis:quo
rū iunior nō inuidet de tunica maioꝝ: q̄ꝫ
uis habeat plus de pāno: q2 nō competit
ſibi. Sic ſcti induunt̄ eodē panno gl'ie ob
iectiue:ſed vnus habet plus:alius ꝟo mi
nus:nec inuident nec vellent permutare.
Quilibet em̄ ꝯtentat̄ de hoc quod habet:

⁊ gaudet de gloria alteri⁹. Jdeo Apl's.j.
Coꝛ.iij. Vnuſq̈ſq; autē ꝓpriā mercedē ac/
cipiet ſm ſuū laboꝛē. Et ſicut vnus nō in/
uidet alteri: ſic etiā nec vn⁹ deſiderat glo/
riā alteri⁹ maioꝛē alias nō eſſet btūs ſi de
ſideraret aliq̈d qd nō haberꝫ. Et ratō q̄re
nō deſiderat eſt: vt dicit Tho.in.j.ij.q.v.
⁊.ij.ij.q.xxvj.art.iij. Qꝛ q̇libet ibi diligit
plus deū q̄ ſeipſuꝫ: ⁊ ideo magꝭ vellet il/
lud ꝙ eſt ꝯuenienti⁹ deo q̄ illud qd me/
lius eſſet ſibi ⁊c̄. Eſt ⁊ alia ratio ꝙ q̇libet
beat⁹ eſt ꝑfectus ⁊ iuſtus/ g̃ nō deſiderat
iniuſtum. Eſſet autē iniuſtum ꝙ glia deꝛ
maioꝛ q̄ requirat meritum ipſius ⁊c̄. Nec
obſtat qd dicit̄ hic de murmuratiōe. Re/
ſpondet vt in tertia parte ſmonis ſequēt̄
¶ Tertia ratio/ eſt ratiōe ſufficientie: q̇a
q̇libet eſt btūs ⁊ ꝯtentus. Non autē eſſet
btūs ſi aliquid deſideraret q̊ careret. Jn/
cipiens a nouiſſimis: h̄ intelligit̄ triplicit̄
¶ Primo tēpoꝛe vocationis ꝑticularis.
Vn̄ gloſ. Prius latronē q̄ Petrū in pa/
radiſum introduxit. Scdo modo a nouiſ/
ſimis ſꝫ ſtatū ecc̄ie de vtroq; ꝑplo collecte
Et ſic nouiſſimi dicunt̄ gentiles. Primi
ꝓo iudei: vt hic dꝛ. Tertio mō nouiſſimi
ſm etatem hoim a nouiſſimis vſq; ad pꝛi
mos etate hoim. Vn̄ glo.pꝛi⁹ aliq̄n remu
nerant̄ vocati in ſenecture q̄ in iuuētute:
qꝛ pꝛius de coꝛꝑe exeunt. ¶ Tertia eſca
eſt ſpūalis coꝛreptio ꝑ iuſtitiā.ſ.ꝙ de⁹ coꝛ/
rigat defectus noſtros ꝑ iuſtitiā cuꝫ dicit.
Et accipiētes murmurabāt. Non intelli
gatis ꝙ in ꝑadiſo ſit inuidia ſed in h̄ mun
do.qꝛ apl'us qui p̄mo venit in vineaꝫ dei:
ſcꝫ ad ſeruitiū dei. Primo vocati fuerunt
iudei: ⁊ nos chꝛiani vltimo: ⁊ inuidēt no/
bis in tm̄ ꝙ credūt ꝙ ſaluatoꝛ non debuit
ſaluare niſi iudeos. Jdeo q̄n chr̄s predica
bat alijs.ſ. Samaritanis indignati dice/
bant ſibi. Jo.viij. Nōne bene dicim⁹ nos:
qꝛ Samaritan⁹ es ⁊ demoniū habes: Et
hec inuidia Judeoꝝ adhuc durat: in tm̄
ꝙ ſi poſſent occidere nos facerēt. Nota ex
emplū de q̇dā Judeo moꝛiente: qui dixit
amicꝭ flentibꝫ: qꝛ letus moꝛiebat̄: quia de
inimicis eoꝝ occiderat mille arte ſua me/
dicine. Nota hic ꝑticipationē chꝛiſtianoꝝ
cū Judeis. Hic popul⁹ incepit murmura
re qꝛ diſplicet eis ꝙ ſaluemur. Sꝫ tūc ob
ſtat. quia dicit̄ ꝙ acceperūt ſinguli ſingu/
los denarios. Sed Rn̄. dicunt̄ accipien/
tes.i.putantes ſe accepturos.

## ¶ Eadem dn̄ica ſeptuageſime de Ocio. Sermo.xx.

Quid hic ſtatis tota die ocioſi: Matth.xx.
Verbū ꝓpoſituꝫ dat mihi mo
tiuū p̄dicandi de pctō ocioſitatis: vel aci/
die: qꝛ iſtud īducit alia pctā ⁊c̄. Sciendū
eſt ꝙ ꝑſona dicit̄ ocioſa: vel qꝛ nihil facit
niſi vana vel qꝛ licꝫ laboꝛet tamen de ſero
nullū lucrū apportat. Sic ſpūalit̄ quidam
differunt ocioſi: qꝛ nihil faciūt: aut qꝛ vi/
uunt in pctō moꝛtali: qd nihil eſt niſi p̄ua
tio. Aug. Peccatū eſt pꝛiuatio vl' negatio
ſpeciei: modi: ⁊ oꝛdinis: ſpēi.ſ.nature quā
do.ſ.opus de ſui natura eſt malū vt furtū
homicidiū ⁊c̄. Quādoq; p̄uatio modi: vt
q̄n opus nō eſt malū/ ſed nō adhibet̄ debi
tus mod⁹. Verbi grā. facere litterā ex im
poꝛtunitate petentis. Jtē tali modo poſ/
ſet dici miſſa ꝙ eſſꝫ pctm̄ moꝛtale: vt poſt
pꝛandiū: ⁊ ſic de alijs vt i loco inhoneſto:
vel ſine aliq̄ veſte pura planeta/ vel ſtola:
vel camiſia ⁊c̄. Quādoq; eſt pꝛiuatio oꝛ
dinis.i.finis ad quē debet oꝛdinari opus
vt ſi q̇s facit elemoſynā vidue: vel puelle
intentione peccandi cū ea: nō eſt ibi oꝛdo:
qꝛ intentio oꝛdinat̄ ad pctm̄. Jdem ſi dica
tur miſſa/ vel predicet̄ intentione laudis
humane. Patet g̃ ꝙ pctm̄ moꝛtale nō eſt
niſi pꝛiuatio foꝛmalit̄: vl' negatiue. Jtem
Aug. ſuꝑ Joan. Omia ꝑ ipm facta ſunt:
⁊ ſine ipſo factū eſt nihil Joā.j.dr̄. Pecca
tū nihil eſt: ideo hoies cū peccant faciunt
nihil: et nihil fiunt: ⁊ ſic actiue ⁊ paſſiue.
Non q̇dem quantū ad naturaꝫ ſed q̄tum
ad gratiā dei: ad cui⁹ gratie habende finē
creatus eſt hō: quē finem cū nō habet di/
cit̄ nihil eſſe: ſicut dicit̄ arboꝛ nihil valere
ſi nō facit fructū: quia fruſtrat̄ fine ſuo: q̇
eſt fruct⁹: licꝫ habeat eſſe: vt valeat ad cō
burendū. Jdeo Hiere.x. Coꝛripe me dn̄e
veruntn̄ in iudicio et nō in furoꝛe tuo: ne
foꝛte ad nihiluꝫ redigas me. Qui g̃ viuit
in peccatꝭ dicit̄ ocioſus: qꝛ nihil facit. Se
cundo dicunt̄ ocioſi: qꝛ m'lta faciūt, ⁊ ma/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gna:ſed in ſero mortis nihil portant vt illi
qui laborant hic ad aggregandũ diuitias
poſſeſſiones: dignitates: officia ⁊c̃.q̃ oĩa
remanent hic quãdo moriunt̃: ⁊ aĩa nu-
da vadit coram chr̃o. Cui dicit chr̃s. O
miſer vbi ſunt tot diuitie ⁊c̃. Et iõ vt oci-
oſus ↄdemnabit̃: ⁊ tanq̃ʒ nudus ⁊ pauper
mittet̃ ad hoſpitale miſeroꝝ.i. in infernũ.
De talib' dicit ſcriptura. Infelix eſt ⁊ va
cua ſpes illoꝝ: ⁊ labores ſine fructu: ⁊ in-
utilia opa illoꝝ. Sap̃.iij. Et Sap̃.v.di-
cunt damnati in inferno. Quid nobis ꝓ-
fuit ſupbia: aut diuitiaꝝ iactantia q̃d con
tulit nobis? Tranſierũt oĩa illa tanq̃ʒ vm
bra ⁊ tanq̃ʒ nuncius p̃currens ⁊c̃. Ecõtra
de illis q̃ ↄgregant theſauros ſpũales au
diendo miſſas/ſermones: faciendo elemo
ſynas ⁊c̃. Tales vadunt cũ theſauris me-
ritorijs: ⁊ ſemp erũt in gloria beati. Apo.
xiiij. Audiui vocem de celo dicentẽ mihi
ſcribe: bti mortui q̃ in dño moriunt̃. Opa
eñ illoꝝ ſequunt̃ illos. Non eñ ſequunt̃
eos amici: nec parentes niſi vſq̃ʒ ad eccle-
ſiam: nõ theſauri: neq̃ʒ honores. pſ̃. xlviij.
Diues cũ dormierit nõ ſumet oĩa neq̃ʒ
deſcendet cũ eo glĩa eius: ſed ſolũ opa illo
rum ſequunt̃ illos. Unde habẽt premiũ:
ſcʒ denariũ diurnũ vt hic. Ex iſtis ſequit̃
corollariũ: ꝙ falſuʒ eſt iudiciũ hoim mũ
danoꝝ. Dicit̃ de diligenti mercatore: vel
laboratore. O quõ eſt diligens: ſic de ar-
migero ⁊c̃. Sed ſi vacat deo ⁊ ſpirituali-
bus dicunt. O quõ eſt ocioſus. Sic dice-
bat Julianus apoſtata. ⁊c̃. Sed in ſero
mortis videtur quis fuit ocioſus vel dili
gens: qꝛ tunc dicet chr̃s mũdanis. Quid
hic.ſ.in hoc mundo ſtatis tota die ocioſi?
Rep̃hendendo dure illos qui nõ faciunt
opa ſpũalia. Patet thema. Nota ꝙ in the
mate ſunt quinq̃ʒ dictiões: ⁊ vltimo.ſ.oci
oſi includit vitium ſeu pctm̃ ocioſitat̃.qđ
habet q̃ttuor rep̃henſiones: ꝓpter qđ ꝓpo-
nunt̃ quattuor dictiones: ⁊ q̃libet dat ra-
tionẽ q̃re vitiũ ocioſitat̃ eſt rep̃henſibile.

Primo qꝛ eſt ↄtra virtualẽ opationem
vel diſcretionẽ: quid ocioſi.

Scđo qꝛ ẽ ↄtra naturalẽ habitationẽ:
hic ocioſi.

Tertio ↄtra humanalez conditionez:
ſtatis ocioſi.

Quarto qꝛ eſt ↄtra tpalez durationẽ:
tota die ocioſi.

Primo dico ꝙ ocium eſt cõtra virtualem
operationẽ eo ꝙ eſt cõtra ordinẽ rõnis: q̃
ↄſiſtit in h̃ ꝙ vult q̃eſcere. Uñ nota ꝙ cõ-
ſuetudo ſcp̃ture eſt quãdo vult rep̃hende-
re aliq̃d qđ eſt ↄtra virtutẽ/rep̃hendit cõ-
munit̃ p quid. vt ptʒ Mat.xxvj. Nota hi
ſtoriã de Magdalena. De q̃ chr̃s rep̃hen
dens apl'os dicit. Quid moleſti eſt̃ huic
mlĩeri? ⁊c̃. Sic chr̃s rep̃hendens in nobis
pctm̃ ocioſitat̃ dicit. Quid hic ſtatis ocio
ſi: qꝛ ↄtra virtutẽ ⁊ diſcretionẽ eſt. Ratio:
qꝛ ſi ruſticus q̃ habet domũ plenã filijs ⁊
nõ poteſt eis ꝓuidere: cui dñs compatiẽs
tradit poſſeſſiones vt inde viuat laborã-
do ⁊c̃. Si talis nõ veller laborare: immo
permitteret ſe mori fame: digne reprehẽ-
deretur. Quid hic ſtas ocioſe: ſic de' cui-
libet noſtrum dedit poſſeſſionez terre: ſcʒ
corp'. Geñ.ij. Formauit igitur deus ho-
minez de limo terre. Quare? vt laborem'
et quia ſpinas et tribulos germinat nob̃.
Unde illud quod dixit dñs Ade. Male-
dicta terra in opere tuo: i labore comedes
ex ea cunctis diebus vite tue ſpinas et tri
bulos germinabit tibi Geñ.iij. Poteſt in-
telligi etiam de terra corporis: que germi
nat nobis ſpinas tentationum ⁊ tribulos
concupiſcentiarum et miſeriarum ⁊ infir-
mitatũ ⁊c̃. Formauit igitur nos deus de
limo terre vt laborem' et ſeminarem' in
ipſa terra: ſcʒ in corpore et faciamus fru-
ctus penitentie ⁊c̃. Quibus poſſumus vi
uere in vita beata. Iſta poſſeſſio terre ara
tur cum cilitio: foditur cum diſciplina vt
faciebat ſanct' Dominicus: Franciſcus:
Benedictus ⁊c̃. Si anime damnatorum
poſſent impetrare tantam carnez q̃ʒta eſt
vna auelana et eſſent viatrices: facerent
tantam penitentiam: ꝙ ſaluarentur: quia
lʒ modo faciãt penitentiã: tñ eſt infructu-
oſa: qꝛ eſt extra carnẽ ⁊c̃. Ideo faciamus
pñiam. Primo in oculis plorando. Scđo
in auribus audiendo miſſas et ſermones.
In naribus ſentiendo fetorem corporis ⁊
deſpiciendo nos ipſos et humiliãdo. Ore
Orando ⁊ ↄfitendo. Corde ↄterendo de
peccat̃. Pedibus peregrinando ⁊c̃. Ecce
quare deus dedit nobis corpus vt facia-
mus fructus ⁊c̃. Ideo chriſtus. Ego ele-
gi vos: vt eatis ⁊ fructũ afferat̃ et fruct'

veſter ma. Jo. xv. Ex h̄ p3 ſtultitia illoꝝ
q̄ nolūt facere penitētiā. J ðo dicit. Quid
ocioſi. Jdeo ſcptura ait. Qui operatꝛ in
terra ſua ſatiabitꝛ panibꝫ: qui ſectatꝛ ociū re
plebitꝛ egeſtate Prouer. xxviij. Nota Pa-
nibus in plurali: q2 qui facit penitētiā ha
bebit panē remiſſionis pctōꝝ. Jtē gratiā
dei illuminantē. Jtē gloriā in futuro. No
ta hic exemplū de formica. Nota hic q̄ta
mala ſequūtꝛ ex vitio ocioſitat3. Ad qð no
ta hiſtoriā Romanoꝝ ſicut refert Aug. ð
ciui. dei. j. lib. ca. xxx. de Scipione Naſica
Pontifice maxio: q̄ ꝯſuluit ne Carthago
deſtrueretꝛ: vt Romani vacarēt exercitio
guerraꝝ ꝛc̄. Et q2 nō fuerūt executi ꝯſiliū
ſuū deuenerūt Romani in ociu3 ꝓpter qð
ſuccreuit inter eos emulatio inuidia: lu-
xuria/odia/ꝯtentiōes ꝛc̄. Et Roma: quā
mundꝰ totꝰ deſtruere nō potuit: ocio cor-
ruit. Sic hodie iuuenes ſtant in ſedilibꝫ
ocioſi ꝛ nihil faciūt niſi loq̄ ꝛ deridere ali
os: detrahere: philocapi et vachezare ꝛc̄.
Dicūt aliq̄. Ludamꝰ ad zarrā: ad tabulas
ne ſtemꝰ in ocio: ꝛc̄. Et idē eſt ac ſi dicerēt
Operemur malū ne ſtemꝰ in ocio: ꝛc̄. et
idē eſt. Uel perdamꝰ tempꝰ ne ſtemus in
ocio p̄ſertim in ludo ſcachorū in q̄ perditꝛ
multū tempꝰ. Dic cōtra hec ſicut expedit
ꝛ videtꝛ. Et iðo Ecci. xxxiij. Multā mali
tiā docuit ocioſitas. Et Prouer. xij. Qui
ociu3 ſectatꝛ: ſtultiſſimꝰ eſt. Et Ezech. xvj
Hec fuit iniq̄tas ſororis tue: ſupbia ꝛ ſa-
turitas panis ꝛ abundātia et ociū ipſius.
Jðo Hiero. Et habetꝛ in decret3 de ꝯſec.
diſ. v. c. Nunq̄3. Semꝑ aliq̄d boni operis
facito vt diabolus ſꝑ inueniat te occupa-
tū. Uſus. Ouidij de remedio amor3 lib. j.
Ocia ſi tollas: ꝑiere cupidinis arcꝰ. Cō-
temptaq3 iacēt ꝛ ſine luce faces. Nota ex-
emplū de Dauid: qui dum ambularet in
ſolario domus regie vacans ocio captus
eſt amore Betſabee. ij. Reg. xj. Dic hiſto
riam. Dico ſcðo ꝛc̄. Jdeo dicit hic. ſ. in h̄
mundo. Ratio. Nam quādo quis faceret
aliq̄d indecens in eccleſia diceretꝛ ſibi rep-
henſiue: quare facis h̄ hic? Da exemplu3
de his que ꝓhibentꝛ fieri in eccleſia: vt ne-
gotiationes ꝛc̄. vt in ca. Decet domū dñi.
De imunitate eccleſie li. vj. Unde Eſaie
xxij. Quid tu hic? Aut q̄ſi quis hic? ſub-
ditꝛ. Expellā te de ſtatione tua: ꝛ de mini-
ſterio tuo deponā te. Et q̄d tu hic/eſt locꝰ
chꝛianitatis in q̄ ſumꝰ: et tante dignitat3
ꝙ nō requirit ꝙ ſimus ocioſi. Jtē alia ſili-
tudo. Arbor ſterilis in iardino ſeu pome
rio vel in vinea nō ſuſtinetꝛ. Jmo iuxta il-
lud. Jam em̄ ſecur3 ad radicē arboris po-
ſita eſt. Jdeo de arbore exiſtente in pome
rio vel in orto ꝛ hmōi dicitꝛ. Om̄is arbor
q̄ nō facit fructū bonū excidetꝛ ꝛ in ignem
mittetꝛ. Mat. iij. Jdeo dicit hic ocioſi: ſic
chꝛs plantauit nos die baptiſmi in vinea
eccl'ie: q̄ ab Abel iuſto vſq3 ad vltimū ele
ctum: q̄ in fine mūdi naſciturus eſt quot
ſāctos ꝓtulit quaſi tot palmites miſit ſm
Greg. Jn home. hodierna: ꝙ eccleſia dici
tur vinea Eſa. v. Uinea dñi exercituū. i.
angeloꝝ. Domus Jſrael eſt. i. vidēs deū
vt eccl'ia chꝛiana: q̄ videt deū hic ꝑ fidem.
Uidemus nunc ꝑ ſpeculū in enigmate. j.
Cor. xiij. Nos ſumꝰ arbores. Un̄ Mar.
viij. Uideo hoies velut arbores ambulā
tes. Jdeo vult ꝙ nō ſumꝰ ſteriles ꝑ ocioſi
tatē: ſed faciamꝰ fructū. Nota hic parabo-
lā chꝛi de arbore fici: ꝛc̄. Lu. xiij. Expone.
Primꝰ annus eſt pueritia. Scðs eſt iuuē
tus. Tertiꝰ eſt ſenectꝰ. Et in q̄libet deus
vult a nobis fructus ꝛc̄. Uide in feſto an
geloꝝ ꝑte. v. Jdeo dum tp̄s habemꝰ ope-
remur bonū. ¶ Dico. iij. ꝛc̄. Cōtra ꝯditi-
onem humanalē: cū dicit Statis. Condi
tio humana eſt q2 in h̄ mundo nō ſumus
ad habitandum: ſed ad ambulandū. Ubi
ſunt illi q̄ iam ſunt centum anni ꝛc̄. Jdeo
Apl's. Non habemꝰ hic ciuitatē manen-
tē: ſed futurā inquirimꝰ Heb. vlti. Sic ḡ
ſumꝰ ambulātes: ſemꝑ ducimur ad mor-
tem velocius q̄3 ſagitta ꝛc̄. Om̄es mori-
mur ꝛ q̄ſi aque dilabimur in terrā q̄ non
reuertuntꝛ. ij. Reg. xiiij. Sumus ḡ ꝑegri-
ni in hoc mundo. Si ergo vultis peregri
nari ad ſanctū Jacobū: ꝛ in via inueneri-
tis vnum hominē ſtantē et etia3 ingreſſu
admiraremini dicentes. Quomodo hic
ſtat ille? ꝛc̄. Sic nos ſumus peregrini ad
ſanctū Jacobum celi. Si ergo ſtamus in
via nō ambulando per ſancta deſideria et
bona opera: digni ſumus reprehenſione.
Uerbi gratia de Religioſo q̄ incepit am
bulare in nouitiatu ꝛ poſtea ſtat non per-
ficiendo ꝛc̄. Jn via dei non ꝓgredi/regre
di eſt ſm Bernar. Surgite ergo de ac-

dia ⁊ ite in vineā meā: vel dic ꝙ conditio
hūana eſt: vt laborando acquiramꝰ victū
nō ſolū corporalē/ſed potiꝰ ſpūalez. Non
ex ſolo pane viuit homo ⁊c̄. Mat.iiij.⁊c̄.
Qui nō laborat facit ꝯ cōditionē hūanā.
Vñ Gen̄.iij. in pniam peccati iniūxit deꝰ
hoi dicēs. In labore vultꝰ tui veſceris pa
ne tuo. qđ intelligi pōt nō ſolum de pane
corꝑali/ſed etiā ſpūali grē. Hic eſt panis
q̇ de celo deſcendit. Jo.vj. Qui nō labo-
rat vt acquirat grām: ocioſus dicit̄ ⁊ facit
cōtra cōditionē humanalē ⁊ cōtra pniam
a deo iniūctā. Jō Job.v. Homo ad labo
rez naſcit̄ ⁊ auis ad volandū ⁊c̄. Nota ꝙ
ante pctm̄.ſ. in ſtatu innocētie dicit̄ hō la
boraſſe. Gen̄.ij. Tulit deus hoiem ⁊ po-
ſuit eū in paradiſo voluptatꝫ vt operaret̄
⁊ cuſtodiret illū: ſed in ſtatu illo ille labor
nō erat hoi penoſus/ſed delectabilis. ſed
poſt pctm̄ datū eſt hoi in penā. Et nota ꝙ
iſte labor datꝰ hoi eſt cōis omnibꝫ creatu
ris: vt pꝫ de angelis. Heb.j. Omēs ſunt
adminiſtratorij ſpūs in miniſteriū miſſi ꝓ
pter eos q̇ capiunt hereditatē ſalutis. De
celo. Nota lunā ⁊ ſtellas: pꝫ ad oculuz ꝙ
cōtinue laborāt.i. mouent̄. Elemēta etiaz
mouētur/ac etiā terra: ſed nō motu locali
ſed alteratōis: oia etiā aialia cū labore vi
ctū querunt. Prouer.vj. Vade ad formi-
cā o piger ⁊ cōſidera vias eius. Et de api
bus dicit̄ ꝙ nō patiūtur ocioſam in ꝯgre
gatiōe viuere. Jō Boetius dicit. O qui
ꝑpetua mundū rōne gubnas: Terraꝝ ce
liqꝫ ſator q̇ tp̄s ab euo Jre iubes ſtabiliſ-
qꝫ manēs das cuncta moueri. Dico q̄rto
cōtra tēporalē durationē. Tota die deus
diuiſit tp̄s in diem ⁊ noctē. Gen̄.j. Appel
lauit lucē/diem/⁊ tenebras noctē: et ordi-
nauit ꝙ in die laboremꝰ ⁊ i nocte quieſca-
mus. Ps̄. Exibit homo ad opꝰ ſuū. Qui
igit̄ in die vult quieſcere/reꝑhenſibilis ē.
Sicut vita p̄ſens eſt deus: mors vero eſt
nox. debemꝰ ergo in die laborare vt qui-
eſcamus in nocte mortis. Jō quilibet no-
ſtrum debet dicere. Oportet oꝑari donec
dies eſt: veniet nox quādo nemo pōt ope-
rari. Joā.ix. Hoc debet dicere religioſus
clericus. laicus ⁊c̄. Nota nemo pōt opera
ri ſcꝫ meritorie: qꝛ poſt vitā iſtaz nō eſt ſta
tus merendi ſed retribuendi. Apoc̄.xiiij.
Amodo iam dicit ſpiritus: vt requieſcāt
a laboribꝫ ſuis. Opera em̄ illoꝝ ſequūtur
illos. Nota ꝙ p̄cioſiſſima rerū eſt tēpus:
qꝛ ſi diceres anie dānate. Qđ vis potius
oēm theſaurū mūdi ⁊ dominiū totiꝰ mun
di: aut ſpaciū vnius hore: Rn̄deret: potiꝰ
vellē vnā horā. Nota hic exemplū qđ legi
tur in dialogo lib.iiij.c.xl. De illo q̇ pete-
bat indutias exiſtēs in morte: vicꝫ de Eri
ſaurio. De quo etiā habet̄ in homelia.xij.
bti Greg.⁊c̄. nec habuit. Sic hodie quot
ſunt hoies qui vixerunt ꝑ.xxx.xl.l.vel.lx.
annos et nō curant de tp̄e iſto. ſed veniet
hora in qua deſiderabūt ⁊ caripendēt ma
xime habere ſpaciū triū horarū ad penitē
dum. ſcꝫ in morte. Jō apl's Ro.xij. Igno
ras q̄m benignitas dei ⁊c̄. vbi ſ. in.v.ꝑte.
Jō Hiere.viij. Miluus in celo cognouit
tp̄s ſuū ⁊c̄. Et iō dicit̄ Eccl's.ix. Qđcūqꝫ
pōt facere manus tua inſtāter operare: qꝛ
nec opus/nec ratio/nec ſapiētia erūt apđ
inferos: quo tu ꝓperas.

## ¶ Dn̄ica in ſexageſima de euā-gelio. Sermo.xxj.

Qui habꝫ aures audiendi ⁊c̄. Luc̄.viij.
Jſta dn̄ica dicit̄ ſexageſi-
me. Ratio quia patres an
tiqui attendetes ꝙ decē ſunt p̄cepta cōtra
que peccamus ex negligētia: ſex opera mi
ſericordie que ponit chriſtus/⁊ non plura
Mat.xxv. Sex autē decies ſunt ſexagin-
ta: ideo quia hodie incipiebant peniten-
tiam vſqꝫ ad quadrageſimā ⁊c̄. Jn iſto ſer
mone tenebo modum edificationis. Fun
damentū firmius celo ⁊ terra eſt euange
liū ⁊c̄. Lu.xxj. Celū ⁊ terra tranſibūt: ver
ba autē mea non tranſibūt. Poſtea edifi-
cabo aliquas cameras ꝓ habitatiōe ania
rum noſtrarū. Primo fundamentū ponā
Nota hiſtoriā euangelicā. Nota quō qui
dam ſequebant̄ chr̄m ex charitate ⁊c̄. q̇dā
ex neceſſitate ⁊c̄. Vide ſupra dn̄ica.ij. poſt
octauas epiphanie in principio euangelij
Jdeo dicit euāgelium in principio. Cum
turba plurima ⁊c̄.ſ. p̄dictis q̄ttuor rōnibꝫ.
Cum aūt ipſe videret tantū ꝑplm: incepit
p̄dicare dicēs. Exit q̇ ſeminat ⁊c̄. Et in fi-
ne ꝑabole dicit thema ꝓpoſitū. Qui hꝫ au

res ⁊c̄. Ecce fundamētum. Modo ſuper
dicto themate dicit Hiero. in prologo ſu
per Joelē: ꝙ quando ſcriptura ſic loquit
Qui habet aures audiēdi ⁊c̄. ibi ſunt ma
gna ſecreta ſpūalia. Sup̄ ergo fundamen
tū edificabo tres cameras. i. tres intelle⸗
ctus ſpirituales ſacre ſcripture.

Prima dr̄ anagogica: de mūdi creatiōe
Scḋa allegorica de diuiali incarnatōe
Tertia tropologica: de humanali in⸗
formatione.

¶ Prima camera dicit anagogica. Que
eſt quādo facta ⁊ dicta in hoc mūdo expo
nunt alte de deo: ⁊ dicit ab ana qḋ eſt ſur⸗
ſum/ ⁊ goge qḋ eſt ductio. i. ſurſum ducēs
Scḋm hunc modū exponā euangeliū de
creatione mundi. Querunt multi vbi deꝰ
morabatur anteq̄ crearet mundū: Reſpō
deo. ꝙ in camera ſue eternitatis in q̄ etiā
nūc ſtat: q̄ maior eſt celo ⁊ terra: quia ipſe
nō indiget celo per ſe. Eſa. lvij. Deꝰ excel
ſus ⁊ ſublimis habitans eternitatē. ecce
ſua habitatio: ⁊ ibi erat ita ſecretꝰ ꝙ a nul
